

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Intentio h cum uariis

Vt interior oculus uere simplex sit, duo illi arbitror esse necessaria: caritatem in intentione et ueritatem in electione. Quomodo denique simplex erit oculus cum ignorantia ueritatis. Est qui bonum diligit et malum nescius agit; huius bonus est quidem oculus quia pius, non tamen simplex quia cecus. Et est qui bonum et libenter agit et prudenter intelligit. Istius uero oculum non immerito simplicem dixerim, utpote cui neutrum bonum desit, nec zelus scilicet bonus nec sciencia. Is uere oculus nequam est qui peruersus pariter et cecus bonum agit et malum credit.

Bernardus de praecepto et dispensatione.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

est] eius P V¹ V² L¹ L²; istius] illius P V¹ V² L¹ L²; immerito] in merito M; uere] uero P V¹ V² L¹ L²